domini ſup me: eo qꝛ vixit me. ¶ **Et ego
fact᷒ ſum opprobriū illis:** Per mor
crucis: Chriſtus eni nos redemit de male
dicto legis: fact᷒ ꝓ nobis maledictū. **Vi
derunt me ⁊ mouerunt capita ſua.**
Quia viderūt ꝑpēdiſſe: ⁊ nō viderūt reſur
rexiſſe: Viderūt qñ genua ei᷒ ſūt infirmata:
nō viderūt qñ ē caro imutata. ¶ **Adiuua
me dñe de᷒ meus: ſaluū me fac̄ ſꝫm
miſericordiā tuā.** Hoc ad totū ꝛferri po
teſt: id ē ⁊ ad caput ⁊ ad corp᷒. Ad caput
ꝓpter formā ſerui: ad corpus ꝓpter ipſos
ſeruos. Potuit eni et i eis dicere deo: ad-
iuua me et ſaluū me fac: in quibus Saulo
dixit: qd me pſeqris? Qđ autē addidit ſꝫm
miſericordiā tuā: gratuita gr̄a cōmemora
tur: nō ex opm debito. ¶ **Et ſciāt quia
manus tua hec: ⁊ tu dñe feciſti eā.**
De his dixit ſciāt: ꝓ quib᷒ ſeuiētib᷒ ⁊ ora-
uit: Quia in eis in quib᷒ fact᷒ ē opprobriū
mouētib᷒ in eius illuſionē capita ſua: erāt
etiā hi qui in eū poſtea crediderūt: Diſcāt
aūt qui formā hūani corpis deo tribuūt:
quomō habeat deus manū. Si eni qđ fa-
cit: manufacit: nūqd ⁊ ipaꝫ manū ſuā ma
nu facit? Quomō ergo hic dictū ē: et ſciāt
qꝛ man᷒ tua hec: et tu dñe feciſti eam? In-
telligam᷒ vtiqꝫ manū dei eſſe chriſtū: Vñ
alibi dr̄: Et brachiū dñi cui reuelatū eſt.
Hec manus ⁊ erat et fecit eam: qꝛ in prici-
pio erat verbū: ⁊ verbū caro factum ē. Et
erat ſine tempe ſcōm diuinitatē: ⁊ fact᷒ eſt
ei ex ſemīe dauid ſcōm carnē. ¶ **Male-
dicent illi ⁊ tu benedices:** Vana eſt
ergo et falſa maledictio filioꝝ hoim diligē
tium vanitatē ⁊ querentiū mēdaciū: De᷒
aūt cū bñdicit facit qđ dicit. **Qui inſur
gūt in me cōfundātur.** Vt eni inſur-
gant aliquid ſe aduerſus me ꝑficere arbi-
trant̄. Sed cuꝫ exaltatus fuero ſup celos:
et eſſe ceperit ſup omnē terraꝫ gloria mea:
confūdentur. **Seruus aūt tuus leta-
bitur.** Siue in dextra pr̄is: ſiue in mem-
bris ſuis letantibus et inter tēptationes in
ſpe: et poſt tēptationes in eternū: ¶ **In-
duant̄ qui detrahūt mihi pudore:**
Id eſt pudeat eos detraxiſſe mihi. Sed h̄
pōt et in bono accipi: dūꝫ corrigūtur. **Et
operiantur ſicut diploide confuſiōe
ſua.** Diplois duplex palliū ē. Nā qdā eti
am ſic interptati ſūt iſtū vſū. Et opiant̄ ſic
palliū duplex cōfuſiōe ſua. Intelligit̄ aūt
ꝯfundātur et int᷒ et foris: id eſt ⁊ corā dño
et corā hoibus. ¶ **Cōfitebor dño ni-
mis in ore meo.** Nimis dici ſolet in cō
ſuetudie ſermōis latini: qđ plus eſt qꝫ de-
bet. Cui cōtrariū ē parū: qđ min᷒ eſt qꝫ de
bet. Sꝫ min᷒ grece. αγαμ. dr̄. Iſte aūt ver
ſus non habet. αγαμ. ſed hebet. σφόδρα.
Quod quidā noſtri ſic interptati ſūt: vt ꝓ
eo ponerēt aliqñ nimis: aliqñ valde. Sed
ſi nimis ꝓ eo qđ eſt valde intelligit̄: pōt et
in laude poni. Nā et iſta cōfeſſio laudē ſig
nificat. Ita eni ſeqt̄. **Et in medio mul-
torū laudabo eū.** Dicit etiā et in alio
pſalmo: In medio eccl̄ie cātabo te. Sꝫ cū
ipa cātat eccl̄ia q corp᷒ ē chriſti: quō ī me-
dio eccl̄ie cātat eccl̄ia? Ita et hic multi cū
ſint mēbra chriſti: ſicut ipi laudāt: ille lau-
dat: qꝛ mēbra ſūt eius: quō ī medio mltoꝝ
laudat: qñ ipis multis laudātib᷒ dicit̄ ipe
laudare? An iō laudat in medio multorū:
quia cū eccl̄ia ſua ē hic vſqꝫ in cōſūmatio
nem ſeculi: vt qđ ait in medio mltorū: hoc
accipiam᷒ qđ ab eiſdē mult̄ honorat̄. In
medio qppe eſſe dr̄: cui honor ꝑcipu᷒ exhi
betur. Si aūt cor ē tāqꝫ hois mediū: nihil
meli᷒ intelligit̄ dictū qꝫ in cordib᷒ multorū
laudabo eū. Habitat eni chriſtus ꝑ fidē in
cordib᷒ noſtris: ⁊ ideo ait: in ore meo: id ē
in ore corpis mei: qđ eſt eccl̄ia. Corde eni
credit̄ ad iuſticiā: ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſa- Alia lr̄a. † Quia.
lutē. ¶ † **Qui aſtitit a dextris paupe
ris.** De Iuda dictū erat: et diabol᷒ ſtet a
dextris ei᷒: qꝛ ſuas diuitias augere voluit
chriſto vēdito: Hic aūt dñs aſtitit a dex-
tris paupiſ: vt diuitie paupiſ ſint ipe dñs.
Aſtitit qppe a dextr̄ paupis: nō vt ei mlti-
plicaret annos vite qñqꝫ finiende: neqꝫ vt
eius augeret pecuniā: aut eū faceret cor-
poris virib᷒ fortē: vel ad tpus incolumē.
Sed vt ſaluā faceret: inqt: **a pſequē
tibus aiam meā.** Salua fit aūt a pſe-
quētibus aia: ſi nō eis cōſentiat̄ ad malū.
Nō eis aūt cōſētit̄ cū aſſiſtit dñs a dextr̄
paupis: ne ipa pauptate: id eſt infirmitate
ſuccūbat. Hoc adiutoriuꝫ pſtitū eſt corpi
chriſti in ſanctis martyribus omnibus.

¶ Explicit Tract. de pſ̄. CVIII.
Incipit Tract. de pſ̄. CIX.

¶ Prefatio.

Quantū dñs donat: q nos miniſtros
cōſtituit verbi ⁊ ſacramēti ſui ſer-
uire vobis: in adipe miſericordie
ſue ſuſcepim᷒ pſalmū iſtū quē mō cātaui-
mus: breuē nūero verborū: magnū pon-
dere ſentētiaꝝ: adiuuāte illo qui vos fecit
intētos: vt ⁊ nos faciat idoneos ſic vt poſ

ſimus cōſiderare atqꝫ tractare: Uiuat aīa
veſtra: et vigilet in deū. Tēpus enī conſti-
tuit deus ꝓmiſſis ſuis: ⁊ tēpus eis que ꝓ-
miſit implēdis. Promiſſionū tēpus erat
tēpe ꝓphetaꝝ vſqꝫ ad Johānem baptiſtā:
ab illo aūt et deinceps vſqꝫ ad finē: tēpus
eſt implēdi ea que ꝓmiſſa ſūt. Fidelis deꝰ
qui ſe noſtrū debitorē fecit: nō aliqđ a no-
bis accipiēdo: ſed tanta nobis ꝓmittēdo.
Parū erat promiſſio: etiā ſcripto ſe tenere
voluit: veluti faciens nobiſcū chirogꝛaphū
ꝓmiſſorū ſuorū: vt cū ea q̄ ꝓmiſit ſoluere
inciperet: in ſcriptura ꝓmiſſorū conſidere-
mus ordinē ſoluēdorū. Tempus itaqꝫ ꝓ-
phetie p̄dictio erat vt ſepe iam diximꝰ pro
miſſionū. Promiſit ſalutē eternā et beatā
vitā cū āgelis ſine fine: ⁊ hereditatē imar-
ceſſibilē gloriā ſempit̄nā: dulcedinē vultꝰ
ſui: domū ſanctificatiōis ſue in celis ex re-
ſurrectōe a mortuis: nullū deinceps mori-
endi metū. Hoc eſt ꝓmiſſum eius tanqꝫ fi
nale quo decurrit noſtra oīs intentio: quo
cū ꝑuenerimꝰ nihil āplius requiramus: nihil
amplius exigamꝰ. Sed ad illud qđ erit in
fine quo ordine veniat̄ neqꝫ h̄ tacuit ꝓmit
tēdo et p̄nūciādo. Promiſit enī hoībꝰ di-
uinitatē: imortalibꝰ mortalitatē: peccōribꝰ
iuſtificatiōē: abiectꝭ glīficatōē. Quicqđ
ꝓmiſit: indignis ꝓmiſit: vt nō q̄ſi opibus
merces promitteretur: ſed gratia a nomi-
ne ſuo gratis daretur: quia ⁊ hocipſum ꝙ
iuſte viuit inqꝫtum hō poteſt iuſte viuere:
nō meriti hūani ſed bn̄ficij eſt diuini. Nēo
enī iuſte viuit niſi iuſtificat̄ꝰ: id ē iuſtꝰ effe-
ctus. Ab illo aūt fit hō iuſtꝰ q̄ nūqꝫ pōt eē ī
iuſtuſ. Sic enī lucerna nō a ſeipā accēdit̄:
ita nec aīa hūana ſibi p̄ſtat lucē: ſꝫ clamat
ad deū: Tu illumiabis lucernā meā dn̄e.
Cū ergo peccōribꝰ ꝓmiſſū ſit regnū celoꝝ:
nō in peccō ꝑmanētibꝰ: ſed a peccō liberatis
⁊ iuſticie ſuiētibꝰ: qđ ipm̄ vt poſſint: grā vt
diximꝰ adiuuāt̄: ⁊ ab eo q̄ ſp̄ eſt iuſtꝰ iuſtifi
cant̄: incredibile videbat̄ tantā deū curā
gerere ꝓ hoībus: hodieqꝫ qui de gratia di
uina deſp̄āt: atqꝫ a peſſimis moribꝰ nolūt
ſe cōuertere ad deū vt ab illo iuſtificēt̄: ⁊ ꝑ
eius indulgētiam deletiſ oībus pccīs ſuis
incipiāt in illo viuere iuſte q̄ nūqꝫ vixit in
iuſte: hanc habēt ꝑniciē cogitatiōis ſue in
ſeipos: vt dicāt deū res hūanas nō cura-
re: nec inde poſſe cogitare mūdi huiꝰ artifi
cem atqꝫ rectorē: quēadmodū q̄ſqꝫ morta
lis in terra viuat: ita nec computari ſe hō
putat a deo: q̄ factꝰ eſt a deo. Talē hoīem

ſi alloqui poſſumꝰ: ſi admittat nos pauꝰ ad
aures ſuas: deinde ad cor ſuū: ſi nō repel-
lat reſiſtēdo q̄rentē ſe: ⁊ patiat̄ ꝑduꝰ inue-
niri ſe: poſſumus ei dicere: O homo: quō
te deus factū nō cōputauit: q̄ vt fieres an̄
curauit: Cū te ī ordine rerū cōditarū nūe-
rari nō putaſ: noli credere ſeductori: capil
li tui nūerati ſūt a cōditore: Hoc deniqꝫ ⁊
dn̄s ī euangelio diſcipulꝭ ſuis ait: ne mortē
timerēt: ne aliqđ ſuū in morte ꝑiturū puta
rent. Illi ī morte de aīa ſua ꝑtimeſcebāt: il
le ipis ſecuritatē iā de capillis dabat. Ita
ne vero anima perit cuiꝰ capillꝰ non perit:
Uerūtn̄ fratres quia incredibile videbat̄
hoībus qđ ꝓmittebat deus ex hac morta-
litate: corruptōe: abiectōe: infirmitate: pul
uere et cinere futuros hoīes equales ange
lis dei: nō ſolū ſcripturā cū hoībꝰ fecit vt
crederēt: ſed etiā fidei ſue poſuit mediato-
rem: nō quēlibet principē aut quēlibet an
gelū vel archangelū: ſed vnicū filiū ſuū:
vt qua via nos ꝑducturuſeſſet ad illū finē
quē ꝓmiſit: ꝑ eū ipm̄ filiū ſuū oſn̄deret ⁊ p̄-
beret. Parū enī erat deo ſi filiū ſuū face-
ret demōſtratorē vie: cū ipm̄ viā fecit: vt p̄
illū ires regentē te ambulātem ꝑ ſe. Pro-
miſit ergo q̄z venturi eſſemꝰ ad eū: id ē ad
illā ineffabilē immortalitatē: et cū angelis
eius equalitatem: Qꝛ longe eramus: qꝫ il-
le ſurſum: qꝫ nos deorſum: qꝫ ille in ſum-
mo: qꝫ nos in imo deſperati iacebamus.
ſine expectatione ſalutis egrotabamus.
Miſſus eſt medicus: quem nō congnouit
egrotꝰ. Si eīn ꝯgnouiſſent: nūqꝫ dn̄m glīe
crucifixiſſēt. Sꝫ hoc quoqꝫ valuit ad egro
ti medicamētū: ꝙ medicū occidit egrotꝰ.
Uenit vt viſitaret: occiſus eſt vt ſanaret.
Inſinuauit ſe credētibꝰ deū ⁊ hoīem: De-
um ꝑ quē facti ſumꝰ: hoīem ꝑ quē recreati
ſumꝰ. Aliud ī illo apparebat: aliđ latebat.
Et qđ latebat mlto erat p̄ſtātius qꝫ id qđ
apparebat: ſed qđ erat p̄ſtantiꝰ videri non
poterat. Curabat̄ eger ꝑ id qđ videri pote
rat: vt poſtea capax fieret viſiōis eiuſ: que
latēdo differebat̄ non negādo auferebat̄.
Unicꝰ vtiqꝫ filius dei venturus ad hoīes
aſſūpturus hoīem: et per id quod ſumpſit
futurus homo: moriturꝰ: reſurrecturꝰ: aſcē
ſurus in celū: ſeſſurus ad dexteram pr̄is: ⁊
impleturꝰ in gētibus que ꝓmiſit: ⁊ poſt im-
pletiōem ꝓmiſſorū ſuorū in gētibꝰ etiā hoc
impleturus: vt veniat ⁊ quod prerogauit
exigat: diſcernat vaſa ire a vaſis miſericor
die: reddat impijs qđ minatus ē: iuſtꝭ qđ

pollicitꝰ ẽ. Hoc ꝗ̃ totũ ꝓphetandũ fuit: ꝓ-
nũciãdũ fuit; ṗuẽturũ ꝯmẽdãdũ fuit: vt nõ
ſubito veniẽs horrerẽt: ſꝫ creditũ expecta
rẽt. Ex his ꝓmiſſiõibꝰ ẽ pſalmꝰ iſte: dñm et
ſaluatorẽ noſtrũ Jeſũ chriſtũ certe apteq̃
ꝓphetãs vt omnino dubitare nõ poſſimꝰ
chriſtũ ãnũciari pſalmo hoc. Quãdoq̃dẽ
chriſtiani ſumus: et euangelio iã credimꝰ:
abſit vt negemus. Naꝫ cũ ipſe dñs noſter
⁊ ſaluator Jeſus chriſtꝰ quereret a iudeis:
Cuiꝰ filiũ dicerẽt eẽ chriſtũ: et reſpõdiſſẽt
Dauid: ille ꝯtinuo retulit rñdẽtibus ⁊ ait:
Quõ ergo Dauid in ſpiritu dicit eũ dñm
dicẽs: Dixit dñs dño meo ſede ad dexte-
rã meã: donec ponã inimicos tuos ſub pedi
bus tuis? Si ergo in ſpũ inq̃t vocat eũ do
minũ: quõ filiꝰ eius eſt? Ab hoc ergo ver-
ſu pſalmus iſte incipit.

Expoſitio pſalmi.

D Ixit dominus dño meo: ſe
de a dextrꝭ meis. Donec po
nã inimicos tuos ſcabellũ
pedũ tuorũ. Hanc ergo queſtiõem iu-
deis ꝓpoſitã a dño in ipo ingreſſu pſalmi
ꝑtractare debemus. Si eni quod rñderũt
iudei exigaꝷ a nobis vtrũ confiteamur: et
nos abnegemꝰ: abſit vt negemꝰ. Si dicaꝷ
nobis chriſtus filiꝰ ẽ Dauid an non eſt: ſi
dixerimꝰ nõ: cõtradicimꝰ euãgelio. Nãq̃
Matheo ſcribẽte ſic incipit euãgeliũ: Li-
ber generatiõis Jeſu chriſti filij Dauid.
Euãgeliſta dicit: librũ ſe ſcribere generati
onis Jeſu chriſti filij Dauid. Recte ergo
iudei interrogati a chriſto: cuius eſſe filiũ
crederẽt chriſtũ: rñderũt Dauid. Reſpõ-
ſioni eoꝝ ꝯgruit euãgeliũ. Habet hoc nõ
ſolũ ſuſpicio iudeoꝝ: ſed ⁊ fides chriſtiano
rum. Adhuc alia firmamẽta cõſpicio. Di
cit aplꝰs: Qui factꝰ eſt ei ex ſemie Dauid
ſcḋm carnem. Dicit etiã ad Timotheũ:
Memor eſto chriſtũ Jeſum reſurrexiſſe a
mortuis ex ſemie Dauid ſcḋm euangeliũ
meũ. Et de ipo euãgelio q̃d dicit? In quo
laboro vſq̃ ad vincula tanq̃ male faciẽs:
ſed ſermo dei nõ eſt alligatus. Laborabat
ergo vſq̃ ad vincula aplꝰs pro euãgelio
ſuo: id eſt pro diſpenſatiõe euãgelica quã
populis predicabat: quam populis impẽ
debat: ille q̃ mane rapuerat cũ eſcas ad veſ
perũ diuidebat. Laborabat ergo vſq̃ ad
vincula pro euangelio: quo euangelio pre
dicabat chriſtum Jeſũ reſurrexiſſe a mor-
tuis ex ſemie Dauid. Pro hoc euangelio
aplꝰs laborabat: et tñ de hoc chriſtꝰ inter-
rogabat: ⁊ rñdẽtibus iudeis qḋ ꝑdicabat
aplꝰs retulit vocẽ cõtradictiõis ⁊ ait: Quõ
ergo Dauid ĩ ſpũ vocat eũ dñm? Et in ter
poſuit teſtioniũ de hoc pſalmo: Dixit dñs
dño meo. Si ergo in ſpũ vocat eum dñm:
quõ filius eius eſt? Judei ſub hac interro-
gatiõe tacuerũt: q̃d rñderẽt deinceps non
inuenerũt: nec eũ tñ dñm queſierũt qꝛ ⁊ ip
ſum eſſe illũ filiũ Dauid non agnouerũt.
Nos aũt fratres credamꝰ ⁊ dicamꝰ: corde
eni crediꝷ ad iuſticiã: ore aũt ꝯfeſſio fit ad
ſalutẽ: credamꝰ inq̃ ⁊ dicamus ⁊ filiũ Da
uid ⁊ dñm Dauid. Nõ erubeſcamus de fi
lio Dauid: ne iratum inueniamꝰ dñm Da
uid. Hoc eni noĩe illũ rectiſſime trãſeuntẽ
appellãtes ceci illumiari meruerũt. Trãſi
bat eni Jeſus: et illi audito ſonitu trãſeũtꝭ
turbe: aure illũ ꝯgnoſcẽtes qḋ nõdũ pote-
rant oculis: acclamauerũt voce magna ⁊
dixerũt: Miſere nr̃i fili Dauid. Turbe aũt
illos ĩcrepabãt vt tacerẽt: ⁊ illi nihilominꝰ
lucis deſiderio turbarũ ꝯtradictiõem vin
centes in clamãdo ꝑſeuerauerũt: trãſeũtẽ
tenuerũt: ⁊ a tãgẽte illumiari meruerũt. Di
cebãt eni trãſeũti: Miſerere noſtri fili Da
uid. Stetit ille ⁊ victo ab eis clamore ꝯtra
dicentiũ: q̃d inquit vultis vt faciã vobis?
Et illi: Dñe vt videamus. Tetigit et ape-
ruit oculos eoꝝ. Viderũt pñtem: quẽ ſen-
ſerũt tranſeũtẽ. Aliq̃d ergo trãſitoriũ dñs
fecit: eſt aũt aliud qḋ ſtat. Aliud eſt inquã
tranſitoriũ dñi: aliud ſtabile dñi. Trãſito-
riũ dñi: virginis ꝑtꝰ: verbi incarnatio: eta
tũ gradatio: miraculorũ exhibitio: paſſio-
nũ ꝑpeſſio: mors: reſurrectio: aſcẽſio in ce
lũ: hoc totũ trãſitoriũ fuit. Nõ eni adhuc
chriſtus naſciꝷ: aut adhuc moriꝷ: aut ad-
huc reſurgit: aut adhuc aſcendit in celuꝫ.
Nõne videtis iſta facta ꝑ tp̃a: cucurriſſe ꝑ
tp̃a: exhibuiſſe viatoribus q̃ddã trãſitoriũ
ne ĩ via remãerẽt: ſꝫ ad patriã ꝑueirẽt? De
niq̃ ⁊ illi ceci ad viã ſedebãt: ibi tranſeũtẽ
ſenſerũt: ⁊ clamãdo tenuerũt. In via ꝗ̃ ſeculi
huiꝰ hoc trãſitoriũ ſui dñs opatus eſt: et h̃
trãſitoriũ ꝑtinet ad filiũ Dauid: Jdeo illi
dño tranſeũti clamauerũt: miſerere noſtri
fili Dauid. Tãq̃ dicerẽt: Filiũ Dauid trã
ſeũtẽ ꝯgnoſcimus: filiũ Dauid in tranſitu
diſcimus. Agnoſcamꝰ ergo et nos: et filiũ
Dauid ꝯfiteamur: vt illumiari mereamur.
Sentimus eni tranſeũtẽ filiũ Dauid: et il-
lumiamur a dño Dauid. Ecce ergo quia
magiſter noſter iterrogauit iudeos: et ideo
nõ reſpõderũt quia diſcipuli eſſe noluerũt:

Ecce ſi nos iterrogaret: q̄d rñderemꝰ: De
fecerũt in hac interrogatiõe iudei: ꝓficiãt
chriſtiani: nõ ꝯturbẽtur ſed erudiant. Nõ
eni dñs interrogat diſcere volẽs: ſed tanq̃
doctor interrogat. Dicerẽt miſeri iudei: tu
dic nobis: maluerũt inflata taciturnitate
dirũpi q̃ hũili cõfeſſione edoceri. Dicat
ergo nobis magiſter noſter: ⁊ videamꝰ q̄d
interroganti rñdeamꝰ: Quid vobis videt
de chriſto: Cuiꝰ filius ē: Rñdeamꝰ omĩo
qđ iudei: ſꝫ nõ remaneamꝰ vbi iudei. Re
colamus euãgeliũ qđ credimus: Liber ge
neratiõis Jeſu chriſti filij Dauid. Non q̃
interrogamur excidat nobis chriſtũ eſſe fi
liũ Dauid: qđ memorie ꝯmendat aplꝯs.
Eia chriſtiane mẽor eſto Jeſũ chriſtũ re-
ſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid. Er
go interrogemus ⁊ rñdeamus: Quid vobꝭ
videt de chriſto: Cuius filius ē: Dicãt ora
concordia chriſtiana: Dauid. Referat et
doctor et reuocet nobꝭ. Quõ ergo Dauid
in ſpũ dicit eũ dñm: Dixit dñs dño meo
ſede a dextris meis: Donec ponã iĩmicos
tuos ſub pedibꝰ tuis: Quõ nos diceremꝰ
niſi a te diſceremꝰ: Nũc ergo q̃ didicimꝰ:
dicimꝰ: In principio erat verbũ: ⁊ verbũ
erat apđ deũ: et deus erat verbũ: Oĩa ꝑ
te facta ſunt. Ecce dominus Dauid. Sed
nos ꝓpter infirmitatẽ noſtrã: q̃ caro de-
ſperata iacebamus: verbũ caro factus es
vt habitares in nobis. Ecce filiꝰ Dauid.
Certe tu in forma dei cũ eſſes: non rapinã
arbitratus es eſſe eq̃lis deo: ideo dñs Da
uid: ſꝫ temetipm exinaniſti formã ſerui acci-
piens: inde filiꝰ Dauid. Deniq; ⁊ i ipſa in
terrogatiõe tua dicẽs: quõ filius eiꝰ eſt nõ
te filiũ eiꝰ negaſti: ſꝫ modũ in quo id fieret
inquiſiſti. Dicit euꝫ inquis Dauid dñm:
quõ filius eius eſt: Nõ nego: ſed dic quõ:
Illi ergo ex litteris quas legebãt: et nõ in-
telligebãt: ſi i iſta interrogatiõe recolerent
modũ: nõne rñderẽt quõ interrogas: Ec-
ce virgo accipiet in vtero et pariet filiũ: et
vocabũt nomẽ eius emanuel: quod eſt in
terpretatũ nobiſcũ deus. Accipiet virgo
in vtero: virgo ex ſemine Dauid pariet fi-
lium: vt ſit filius Dauid. Erant enim Jo-
ſeph et Maria de domo ⁊ patria Dauid.
Peperit ergo virgo illa: vt eſſet filius Da
uid: ſed ille quẽ peperit: vocabunt nomen
eius emanuel: nobiſcũ deus. Ecce habes
et dominum Dauid. Aliquid nobis for-
taſſis ex hac re: quõ chriſtus et filiꝰ ſit Da-
uid ⁊ dñs ſit Dauid: etiã pſalmus iſte inti
mabit. Audiamus ergo ⁊ ꝯtractemus eũ:
pulſemꝰ pietate: ⁊ extorq̃amꝰ caritate. Da
uid ergo ip̄e dicit: Neq; eni dño ꝯtradice
re licet: Dauid inq̇t in ſpũ vocat eũ dñm.
Ille ḡ Dauid de chriſto q̄d dicit: ¶ Nã
ipſi Dauid pſalmus. Et iſte eſt totus
titulus: ſimplex ſine figura queſtiõis: ſine
vllo modo difficultatis. Quid ergo dicit
Dauid: Dixit dñs dñs meo: ſede a dextrꝭ
meis: donec ponã inimicos tuos ſcabellũ
pedũ tuorũ. Quid ē ſcabellũ pedũ tuoꝝ:
Hoc eſt ſub pedibus tuis. Scabelluꝫ eni
pedum ſub pedibꝰ ē. Dixit inq̇t dñs dño
meo. Audiuit hoc Dauid: audiuit i ſpũ:
vbi nos q̄n audiuit non audiuimus: ſed
loquẽti qđ audiuit: ⁊ ſcribẽti credidimus.
Audiuit ergo ꝓfus: audiuit in quodã ſe-
cretario veritatis: in quodã myſterioꝝ
ſãctuario: vbi ꝓphete i occulto audierũt:
qđ in apto p̄dicauerũt. Ibi audiuit Da-
uid q̄ cuꝫ fiducia magna dixit: Dixit dñs
dño meo ſede a dextrꝭ meis: donec ponã
inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuoꝝ. Noui
mus chriſtũ ſedere a dextrã patris poſt re
ſurrectõem a mortuiſ: ⁊ in celis aſcẽſionẽ.
Factũ eſt iã: nec vidimꝰ: ſed credimus: in
libris legimꝰ: p̄dicatũ audiuimus: fide re-
tinemus. Vñ ⁊ eoipſo qđ erat filꝰ Dauid
chriſtus factus eſt dñs Dauid. Illud eni
quod natũ ē ex ſemie Dauid: ita honora-
tũ eſt vt eſſet ⁊ dñs Dauid. Ita admurat
hoc quaſi ⁊ in rebus hũanis iſta nõ fiant.
Si eni cõtingat filiũ cuiuſq̃ regẽ fieri pa-
tre priuato: nonne erit dñs patris: Admi-
rabilius eſt qđ poteſt cõtingere: vt nõ ſolũ
rex factus priuati filius: dñs ſit patris ſui:
ſed epiſcopus factus laici filius ſit pater
patris ſui. Ergo et eoipſo ꝙ carnem acce-
pit chriſtus: ꝙ in carne mortuus eſt: ꝙ in
eadem carne reſurrexit: ꝙ in eadẽ aſcẽdit
in celũ ⁊ ſedet ad dexterã patris: ⁊ in eadẽ
ipſa carne ſic honorata: ſic clarificata: ſic i
celeſtem habitũ cõmutata: ⁊ filꝰ ē Dauid:
et dñs eſt Dauid. Secũdũ hãc eni diſpẽ-
ſationem tranſitus chriſti: etiã illud ab aplo
dicit. Propt̄ qđ illũ exaltauit a mortuis:
et donauit illi nomẽ qđ ē ſup omne nomẽ:
vt i noie Jeſu omne genu flectet: celeſtiũ
terreſtriũ et infernoꝝ. Donauit inq̇t ei no
men quod eſt ſuper omne nomẽ. Chriſto
ſcđm hoiem mortuo: Chriſto ſcđm carnẽ
reſurgẽti: aſcẽdenti: donauit nomẽ quod
eſt ſuper omne nomeꝫ: vt in nomine Jeſu

omne genu flectatur celeſtiū terreſtriuꝫ et
infernorum. Ubi erit Dauid: vt non ei ſit
dominꝰ? In celo ſit: in terra ſit: in inferno
ſit dn̄s eius erit: qui eſt dn̄s celeſtium: ter
reſtriū: et infernoꝝ. Gaudeat ꝗ nobiſcū:
Dauid filij ſui natiuitate honoratꝰ: dn̄atu
liberatꝰ: ⁊ gaudēs dicat: vt a gaudētibꝰ au
diat: Dixit dn̄ſ dn̄o meo ſede a dextrᷣ meiſ:
Donec ponā inimicoſ tuoſ ſcabellū pedū
tuorū. Sede nō ſolū in alto: ſed ⁊ in occul
to: excellēs vt domineris: latens vt creda
ris. Que eni eſſet merces fidei: niſi lateret
quod credimus? Merces fidei eſt videre
qđ credidimꝰ anteq̄ꝫ viderēmꝰ. Sicut au-
tem ſcriptura perſonat: Juſtus ex fide vi-
uit. Non ergo eſſet iuſticia fidei: ſi nō eſſet
abſconditū quod predicatū crederemꝰ: et
credendo ad videndum perueniremꝰ. O
eni multa multitudo dulcedinis tue dn̄e:
quā abſcondiſti timentibꝰ te: Ergo abſcō-
diſti et remanſerūt? Abſit. Perfeciſti autē
ſperantibꝰ in te. Mirabile ergo myſteriū
chriſti ſedētis ad dexteraꝫ dei: Occultatū
eſt vt crederet: ſubtractum eſt vt ſperaret.
Spe enim ſalui facti ſumꝰ. Spes autē que
videt nō eſt ſpes. Quod enim videt quis:
quid ſperat? Apoſtoli verba ſunt recogno
ſcitis quideꝫ: ſed ꝓpter rudes cōmendo.
Quid ergo ait apoſtolus? Spe inquit ſal-
ui facti ſumꝰ. Spes autē que videt non eſt
ſpes. Quod eniꝫ videt quis: quid ſperat?
Si autē quod nō videmꝰ ſperamꝰ: per pa
tientiaꝫ expectamꝰ. Quia ergo que videt
non eſt ſpes: abſcondiſti dulcedinē timen
tibus te. Quia quod nō videmꝰ ſperamꝰ:
et per patientiā expectamꝰ: perfeciſti ſpe-
rantibꝰ in te. Denicq̄ cariſſimi intente acci
pite quod dicturus ſum: Quoniā iuſticia
noſtra ex fide eſt: et fide mundantur cor-
da noſtra: vt qđ credidimꝰ: videre poſſi-
mus. Utrunq̄ꝫ enim poſitū eſt: ⁊ beati mū
dicordes: quoniā ipſi deum videbūt: ⁊ fi-
de mundās corda eorū. Que ergo hec eſt
iuſticia fidei? Credere quod non vides: et
ipſo merito fidei ad viſioneꝫ ſuo tempore
peruenire. Dominꝰ in euāgelio cū promit
teret ſpiritū ſanctum: hoc ait: Ipſe arguet
mundū de peccato: de iuſticia: de iudicio.
De quo pctō? De qua iuſticia? De quo iu
dicio? Ipſe ſequit ⁊ exponit: et cōiecturas
hominū non admittit. De peccato quideꝫ
inquit: quia nō crediderūt in me. Quanta
alia peccata iudeorum: et tamē quaſi hoc
vnum ſit: ita dixit: de peccato quidē: quia
nō crediderūt in me. Hoc eſt illud pecca-
tum de quo alibi dicit: Si nō veniſſem: pec
catum non haberēt. Quid eſt hoc: ſi nō ve
niſſem peccatū non haberēt? Ergo ad iu-
ſtos veniſti et eos peccatores feciſti? Sed
exceptis alijs peccatis que poſſent remitti
per fidem: hoc vnum peccatū nominauit:
quod ſi nō admitteret omnia relaxarētur.
De peccato quidē ait: quia non credide-
runt in me: Et alibi: Si nō veniſſem pecca
tum nō haberēt. Eo enim ipſo quo venit ⁊
nō crediderūt in eū: inciderūt in peccatū:
quod ſi non inciderēt: om̄ia cetera pecca-
ta dimitti poſſent per indulgētiā gratie im
petratā per fidem. Ergo de peccato: quia
nō crediderūt in me. De iuſticia: quia ad
patrē vado: ⁊ iam non videbitis me. Hec
eſt iuſticia: quia ad patrē vadis: et iam nō
videbūt: hec eteni iuſticia ex fide eſt: Ju-
ſtus eni ex fide viuit: Et tūc ex fide viuit:
ſi nō videat quod credit. Quia ergo ⁊ ad
iuſticiā pertinet ex fide viuere: ⁊ ex fide ne
mo viuit: niſi nō vidēdo quod credidit: vt
ipſaꝫ iuſticiā faceret in hominibꝰ: id eſt vt
crederēt quod nō viderēt. De iuſticia inquit: quia ad patrē vado: ⁊ iam nō vide-
bitis me. Hec inquit erit iuſticia veſtra: vt
credatis in eum quem non videtis: et fide
mundati eum in quē credidiſtis in die re-
ſurrectionis poſtea videatis. Sedet ergo
ad dexterā dei chriſtus: a dextris patris fi
lius in occulto eſt: credamꝰ. Etenim duas
res hic dicit: quia et dixit deus: ſede a de
xtris meis: et addidit: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorum: hoc
eſt: ſub pedibꝰ tuis. Non vides chriſtū ſe-
dētem ad dexterā patris: Nec hoc potes
videre quomodo ponant inimici eius ſca
bellum peduꝫ eius. Cum hoc impletur in
aperto: crede illud eſſe in occulto. Qui ini
mici ponūtur ſcabellū pedum eius? Qui-
bus inania meditantibꝰ dicit: Quare fre-
muerūt gentes et populi meditati ſunt ina
nia? Aſtiterunt reges terre et principes cō
uenerūt in vnū aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus
chriſtū eiꝰ. Et dixerūt: Dirūpamꝰ vincula
eoꝝ ⁊ proijciamꝰ a nobis iugū ipoꝝ. Non
nobis dn̄ent: non nos ſibi ſubiugēt. Qui
habitat in celis irridebit eos. Inimicus
erat: erit ſub pedibꝰ eius: aut adoptatus:
aut victus. Quere ergo quē locū habeas
ſub pedibus dn̄i dei tui. Nam neceſſe eſt
vt habeas: aut gratie: aut pene. Sedet er-
go ad dexterā dei: donec ponant inimici

eius ſub pedibꝰ eius. Hoc fit: hoc agitur:
et ſi paulatim peragit: indeſinēter agitur.
Fremuerūt eni gentes et populi meditati
ſunt inania: Aſtiterūt reges terre et princi
pes cōuenerūt in vnum aduerſus dn̄m et
aduerſus chriſtū eius. Nunqd fremēdo:
Nunqd meditādo inania: Nunqd in vnū
aduerſus chriſtū cōueniēdo efficiēt: vt nō
impleat: Dabo tibi gētes hereditatē tuā ꝛ
poſſeſſionē tuā terminos terre: Implebit
om̄ino: ꝛ in illis fremētibꝰ: ꝛ illis inania me
ditātibꝰ: Dabo tibi gētes hereditatē tuaꝫ
et poſſeſſionē tuaꝫ terminos terre. Illi eni
inania meditant. Ut aūt impleat: dabo ti
bi gentes hereditatē tuā et poſſeſſionē tuā
terminos terre: non neſcio quis inanis lo-
cutus ſit: ſed dn̄s dixit ad me. Sic ꝛ in hoc
pſalmo poſſumꝰ dicere: Dixit nō quicūqꝫ:
non illi qui fremūt et meditant inania: ſed
dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis:
Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pe-
dum tuoꝝ. Fremāt: meditent inania: per-
ſtrepant: nunqd nō implebit: Periit me-
moria eoꝝ cū ſtrepitu: Loquit certe ꝛ alius
pſalmꝰ: ſed nō alius ſpiritꝰ: Periit memo-
ria eoꝝ cū ſtrepitu: et dn̄s in eternū perma
net. Ille ergo qui memoria eorū pereunte
cū ſtrepitu in eternū manet: ipſe dixit dn̄o
meo: ſede a dextris meis. Sedet eni ad de
xterā p̄ris donec ponat oēs inimicos eius
ſcabellū pedū eiꝰ. Et quid ſequit: ¶ **Vir
gam virtutis tue emittet dominus
ex ſyon**: Apparet fratres euidētiſſime: ap
paret nō de illo regno chriſti ꝓphetā loqui:
quo regnat ſp apud patrē reruꝫ dn̄m: que
per illū create ſunt. Quādo eni nō regnat
in principio verbū: deus apud deū: Dicit
eni: Regi aūt ſeculorū immortali: inuiſibi
li: incorruptibili: ſoli deo honor ꝛ gloria: in
ſecula ſeculoꝝ amē. Regi ſeculoꝝ: honor
et gloria: in ſecula ſeculoꝝ: Cui regi ſeculo
rum: Immortali: inuiſibili: incorruptibili.
In eo eni qꝺ ꝛ chriſtus eſt cū p̄re inuiſibi-
lis ꝛ incorruptibilis: qꝛ verbum eius eſt: ꝛ
virtus eius: ꝛ ſapientia eius: ꝛ deus apud
deū: per quē facta ſunt om̄ia: rex eſt ſeculo
rum. Sꝫ tn̄ illud diſpēſatoriū ꝛ trāſitoriū:
quo nos per medietatē carnis ſue vocauit
in eternitatē: regnū eiꝰ incipit a chriſtianis:
& regni eiꝰ nō erit finis. Ponunt ergo ſca-
bellū pedū eius: inimici eiꝰ ſedētis ad de-
xterā p̄ris: ponunt vt dictū eſt: id agit: id
vſqꝫ in fineꝫ om̄ino peragit. Nemo dicat
nō poſſe impleri qꝺ ceptū eſt. Quid fineꝫ

cepti deſperas: Om̄ipotēs cepit: om̄ipo-
tens ſe ꝓmiſit impleturū eſſe qꝺ cepit. Un̄
autē cepit: Uirgā virtutis tue emittet dn̄s
ex ſyon. Que ſyon: Ipa eſt hierl'm. Audi
ip̄m dn̄m: Oportebat chriſtū pati: ꝛ reſur
gere a mortuis tertia die. Hinc ſedet ad de
xterā dei p̄ris reſurgēdo vbi fuit. Deinde
illo ſedēte ad dexterā dei p̄ris: q̇d agit: Ut
ponant inimici eius ſcabellū peduꝫ eius.
Quid agit: Audi illū dicentē ꝛ exponen-
tem: Et p̄dicabit in noīe eiꝰ penitētia ꝛ re-
miſſio pctōꝝ per om̄es gentes incipiētibꝰ
ab hierl'm: qꝛ virgā virtut' tue emittet dn̄s
ex ſyon. Uirgā virtutis tue: hoc eſt: regnū
potētie tue: quia reges eos in virga ferrea.
Emittet dn̄s ex ſyon: qꝛ incipiētibꝰ ab hie
ruſalē. Cū ḡ miſerit ex ſyon virgā v̓tut' eiꝰ
q̇d fiet: † **Et dn̄aberis ī medio inimi
coꝝ tuoꝝ.** Prius dn̄are in medio inimi-
corū tuoꝝ inter fremētes gētes. Nūq̇d eni
poſtea cū acceperint honorē ſuū ſancti: et
ſuā dānationē impii: in medio inimicoruꝫ
ſuoꝝ dn̄abit: Et q̇d mirū ſi tunc dn̄abit ſe-
cum in eternū regnātibꝰ ſanctis: et eternis
penis ardētibꝰ impiis: Quid mirū ſi tunc:
Mō in medio inimicoꝝ tuoꝝ: nunc in iſto
trāſitu ſeculoꝝ: in iſta ꝓpagatiōe ꝛ ſucceſ-
ſione mortalitatis humane: nūc dū torrēs
tp̄m p̄terlabit: ad hoc directa eſt virga vir
tutis tue ex ſyon: vt dn̄eris in medio inimi
corū tuoꝝ. Dominare in medio pagano-
rum: iudeorū: hereticorū: falſorum fratrū.
Dn̄are dn̄are fili Dauid: domine Dauid
dn̄are in medio paganorū: iudeoꝝ: hereti
corū: falſoꝝ fratrū. Dn̄are in medio inimi
coꝝ tuoꝝ. Hūc verſū nō recte intelligimꝰ:
ſi nō fieri iam videmꝰ. Sede ergo a dextris
dei: occultare vt credaris donec impleant
tp̄a gētiū. Sic eni ſcriptū eſt: Quē oporte-
bat celū recipere donec impleant tp̄a gen
tium. Ut eni reſurgeres mortuꝰ es: vt aſcē
deres reſurrexiſti: vt ſederes ad dexteram
p̄ris aſcēdiſti: Ergo vt ad dexterā p̄ris ſe-
deres mortuus es. De morte eni reſurre-
ctio: de reſurrectiōe aſcenſio: de aſcenſio-
ne ad dexterā ſeſſio. Hoc totuꝫ ergo cepit
a morte: excellētia claritatis huius princi-
piū habet humilitatis. Te itaqꝫ ſedēte ad
dexterā p̄ris: implent tp̄a gentiū: ponūtur
inimici om̄es ſcabellū pedum tuorū: et ad
hoc vt perueniatur prius dominaberis in
medio inimicorū tuorum. Ad hoc eni vir
gam virtutis tue emittet dn̄s ex ſyon. Ut
